

Numerus sexagenarius.

Sexagena.

S Y S T E M A
*specierum huius
logisticae.*

*Analogia sexagecuplae ratio-
nis.*

*Utilitas huius
logisticae.*

Συμμετρίαι

ra, sexta, qua ratione licebit semper progredi, quoties calcu-
 li vsus requirit. Hæc scrupula vocant Græci λεπτά ἢ ἑξήκοντα
 πρῶτα, δεύτερα, τρίτα, τετάρτα, πεμπτά, ἑντά, & sic ulterius.
 Prætulit autem reliquis numeris erudita, & ingeniosa antiquis
 tas sexagenarium ob eam causam, quia inter minores nullu
 alius adeo multiplices partes habet, scilicet, semissem, trientem,
 quadrantem, sextantem, præterea partem quintam, tum decia
 mam, tum duodecimam, tum decimamquintam, tum viceisi
 mam & tricesimam. Nec solum partes seu gradus circuli velut
 integra in minutissimas ac subtilis, quasque particulas sexagesi
 mas distribuimus, perpetua diuisione sexagenaria: verum ipsa
 quoque integra eodem sexagenario colligimus seu coagmenta
 mus, ut fiant sexagenæ vel ἑξήκοντάδες, ut 60. partes, id est, sexa
 gens circuli, sunt vna sexagena prima. Rursum 60. sexagenæ pri
 mæ partium, id est, decem integri circuli sunt vna sexagena se
 cunda. Ad hunc igitur modum etiam in accumulandis seu coas
 ceruandis integris ascendere licebit, donec vsus postulauerit.
 Quemadmodum igitur naturalis numerorum series crescit in
 infinitum, vel decrescit vnitatis vel adiectione vel abiectio: ita
 species numerorum huius logisticae perpetuo seruant eandem
 speciem analogie, nempe sexagecuplam, ut vna sexagena pri
 ma, est sexagecupla partis, vna pars sexagecupla est vnius scru
 puli primi, vnum scrupulum primum sexagecuplum est vnius se
 cundi scrupuli, et sic porro descendendo: vel e contra, sicut vnū
 scrupulum secundum sexagesimum est vnius primi, ita vnum
 primum sexagesimum est vnius partis, & vna pars sexagesima
 vnius sexagenæ, & sic porro ascendendo donec libuerit.
 Quantum autem sit compendij & facilitatis in calculo, vbi
 vel natura vel arte talis specierum analogia constituta est, non
 ignotum est eruditè versantibus in ea logistice, quam docti
 ἀριθμητικὴν vocant, et postea adparebit in multiplicationibus
 ac diuisionibus huius logisticae. Qua in re illud etiam conside
 randum est, quam breuiter subtilissimæ minutissimæque parti
 culæ totius enuncientur, ut vnum scrupulum primū est vna se
 xagesima particula partis vnius tanquam integri, scrupulum
 verò secundum, est vna tricesima sexta particule centesimæ par
 tis vnius seu gradus tanquam integri: Scrupulum autem tertiu
 m est vna ducentesima sedecima particule millesimæ partis
 similiter vnius. In hunc modum iuxta continuam progressio
 nem seu analogiam diuisionis sexagenarie, iudicandum est de
 reliquis